

„tantum qui expendit &c. Verum carent hæc fundamento , cum distinguendum sit inter liberalitatem insensu vulgi, & philosophico acceptam. Si accurati esse volumus , cum eruditis loqui , & sequi rectæ rationis dictata decet , minime autem leges loquendi a plebe , sola datione liberalitatem metiente , accipere. Consistere vero liberalitatem etiam in accipiendo , probamus I. ab ejus- Proba-
dem extremis. Certum est , recte annotante B. Jacobo Thomasio ad Philos. Pract. Tab. XVII. quam- tur id I. ab e-
libet virtutem occupari in eodem objecto mate- jusdem extre-
riali cum vitiis sibi oppositis. At prodigalitas & mis.
avaritia , quæ sunt extrema liberalitatis , peccant , illa quidem donando & sumptibus faciendis ; hæc vero non dando , item accipiendo. Ergo liberalitatis est in singulis his actionibus servare mediocritatem. Apparet id porro vel ex alterutro extremo , nempe avaritia. Is enim liberalitatis actus est , qui contrarius est actui avaritiæ. Quemadmodum igitur avarus modum in accipiendo excedit , ita e contrario corrigens avaritiam liberalitas modum statuit & præscribit , non appetendo scilicet & accipiendo plus , quam honestas suadet. II. Idem quoque comprobat ipsa ne- 2. ana-
cessitas. Dare enim & accipere relata sunt , quo- cessita-
rum alterum sine altero consistere nequit. Sane te.
opportune accipere dandi habitum & facultatem conservat ; quippe si liberalis semper daret , & nunquam acciperet , brevi omnis materia dilata-

C

bere-